

factum retentionem imminuitur

4 Impense factæ in rebus dotalibus debent esse necessariae.



**E**tenua maritum condemnari. Enuntia. j. Actio T de dote nõ solidũ: sed quantum facere maritus potest, persequitur. l. maritum, i. 2. 13. 14. D. sol. matr. Vbi Paulus ait hoc beneficium esse personale, & ideo cum persona extingui. Modestinus autem in l. non tantum, 20. D. de re iudic. Scribit hac ipsa de re his verbis: Non tantum dotis nomine maritus in quantum facere possit condemnatur: sed ex alijs quoque contractibus ab vxore iudicio conuenatus, in quantum facere potest, condemnandus

2 est: ¶ quod & in persona mulieres æqua lance obseruari æquitatis suggerit ratio. Eique consentiunt Iurifcon. in l. sunt quidem, 16. D. eo. l. in condemnatione, De reg. iur. & Imp. l. va. C. de rei vxoria. act. Vbi propter reuerentiam, quam vxores maritis debent hoc institutum scribit. Cum te vera adeo in solidum teneantur, vt si soluerint indebiti conditione non vtantur. l. quod nomine, 8. & 9. D. de condi. indeb. Sed quæri potest, quorsum in hunc locum separatim hæc relata sint, cum illa superiore diuisione contineri videantur, qua dictum est hæc actionem eius esse generis, in quo adscribi solet, **Q V O D Æ Q V I V S M E L I V S** Hæc enim benignitas ex illa formula manasse videtur. Verum intelligendum est, inter hæc & illam disputationem hoc interesse, quod illa superior ad rem, hæc ad personam pertinet. Nam in illa quantum in re sit spectatur, in hac quid efficere persona possit. Itaque si **Q V O D Æ Q V I V S M E L I V S** est maritus damnatur, eius generis erit hæc actio, quo solidum exigitur: in quantum facere possit, eius quo pars duntaxat:

3 Propter retentionem quoque. Sequitur ij. Dotis ¶ repetitio propter sumptum in res dotales factum retentionem imminuitur. l. quod dicitur, 5. & 15. D. de impens. in res dot. quod eo pertinet, vt intelligamus, etiam si solidũ maritus soluere possit, non tamen semper ab eo solidum exigis, sed id demũ quod impensis deductis superest. 4 Quod autem T de impensis hic loquimur, de necessarijs tantũ intelligendum esse: nam viles non aliter à marito exiguntur, quam si voluntate mulieris factæ sint, & mulier aliunde soluendo sit, l. quod dicitur, & l. si is §. quod dicitur, De iu. do. l. vtilium, D. de impens.

Qua ipso iure. Seq. iij. Dos ob sumptus necessarios ipso iure minuitur. l. 1. §. 1. & l. quod dicitur, 5. & 15. De impens. l. si is §. quod dicitur, De iur. dot. l. dote, D. de rit. nupt. Quod cum ita sit, quæri potest, an vxor solidum petens quasi Plus petat damnetur. Sed superius docuimus, neque in bonæ fidei, neque in Arbitrarijs actionibus Pluris petitioni locum esse.

ARGVMENTVM

Actiones cũ paræte, patrono, socio, donatore non solidum, sed quatum illi facere possunt persequuntur. l. 16. 17. De re iudicata.

Sed si quis cũ parente suo patrono ve agat. Item si socius cũ socio: iudicio societatis agat: non plus actor T. de action.

consequitur, quàm aduersarius eius facere potest, Idem est, si quis ex donatione sua conueniatur.

S V M M A R I A.

- 1 Actionibus in patronum aut parentem quid consequimur.
- 2 Socius aduersus socium non omnino solidum sed quantum facere potest condemnatur
- 3 Societas ius quoddam fraternitatis in se habet.
- 4 Lex vbi non distinguit, non est distinguendũ præsertim in causa fauorabili.
- 5 Ex donatione sua conueniatur, non in solidum tenetur, sed in quantum facere potest.



**V**m parente patrono. Enũ. prima. Actio-nes T in patronum aut parentem non solidum, sed quantum facere possunt, persequuntur l. sunt qui, 16. & seq. D. de re iudi. Semper enim & liberto & filio sancta & honesta patroni & parentis persona videri debet: ait Vlp. in l. liberto, D. de obseq. patron. Quid iugiter in fratribus: Et sane cũ Vlp. scribit ob eam causam ius istud inter socios obseruari, quia ius quoddã in se fraternitatis societas complectitur. l. verum est. 63. D. pro socio: dubitari non potest, quin idem quoque in fratribus sit obseruandum.

2 Socius cum socio. Sequitur ij. Socius T socio non omnino in solidum, sed quantum facere potest, damnatur. d. l. sunt qui, 16. De re iud. Vbi Vlp. ait, socium hic bonorum omnium accipiendum esse: quod mihi sane durum atque acerbum videtur. Cum enim causam istius benignitatis cõstet esse necessitudinem, quæ inter huiusmodi personas intercedit, societas autem etiam certarum rerum contracta necessitudinem pariat, difficile dictu est non habendam cuiusvis socij rationem esse: tamen si quo maior est societas, eo maiorem intercedere necessitudinem non negemus. Quod autẽ mihi dubitationem auget nõ mediocriter, video eidem Vlpiano hæc ascribi verba in d. l. Verum est, 63. D. pro soc. Verum est quod Sabino videtur, etiam si non vnuerforum bonorũ socij sunt, sed vnus rei, attamen in eo quod facere possunt, condemnari oportet. Hoc enim summam rationem habet. Cũ T societas ius quoddam fraternitatis in se habeat. Hæc ille. Præterea autẽ illud accedit, quod cum Prætor in edicto in definitẽ de socijs sit locutus, id est, non ascripserit nominatim de socijs vnuerforum bonorum, aut par- 3 tis tantum, vetus illa regula seruanda vt T vbi lex non distinguit, ibi nec nos distinguamus: præsertim in causa fauorabili. Nam in iure civili fauores, quod facultas fert, extendere & amplificare solemus. Illud etiã ascribendũ est, quod ait Pomponius in l. sed hoc, 22. D. de re iudic. Quod de socijs dictũ est, vt & hi in quatum facere possint, condemnentur: causa cognita se facturum Prætor edicit. Cause cognitio autem in hoc erit, vt negantis se sociũ esse, aut ex doli clausula obligato non succurratur. Postremo illud considerandum est, an non superiore disputatione de bonæ fidei iudicijs, hæc quoque clausula comprehensa sit. Cura enim dictum sit ex æquo & bono agi aduersus socium solere, videtur æqui & boni naturæ hæc quoque benignitas contineri. Sed tamen aliter se res habet. Nã in illa disputatione rem, hoc est, id quod reuera in obligatione est, spectamus.

3 nem habet. Cũ T societas ius quoddam fraternitatis in se habeat. Hæc ille. Præterea autẽ illud accedit, quod cum Prætor in edicto in definitẽ de socijs sit locutus, id est, non ascripserit nominatim de socijs vnuerforum bonorum, aut par- 3 tis tantum, vetus illa regula seruanda vt T vbi lex non distinguit, ibi nec nos distinguamus: præsertim in causa fauorabili. Nam in iure civili fauores, quod facultas fert, extendere & amplificare solemus. Illud etiã ascribendũ est, quod ait Pomponius in l. sed hoc, 22. D. de re iudic. Quod de socijs dictũ est, vt & hi in quatum facere possint, condemnentur: causa cognita se facturum Prætor edicit. Cause cognitio autem in hoc erit, vt negantis se sociũ esse, aut ex doli clausula obligato non succurratur. Postremo illud considerandum est, an non superiore disputatione de bonæ fidei iudicijs, hæc quoque clausula comprehensa sit. Cura enim dictum sit ex æquo & bono agi aduersus socium solere, videtur æqui & boni naturæ hæc quoque benignitas contineri. Sed tamen aliter se res habet. Nã in illa disputatione rem, hoc est, id quod reuera in obligatione est, spectamus.

Ooo 3 Itaque si